

ak. 272, 29.

35

Z e  
5075

GEORGI HEINRICI GOETZI D.  
Superint, Lubec.

Commentationem  
Historico - Theologicam  
de

NICOLAI  
SELNECCERI  
EXILIO LIPSIENSI

In Colloquio Ordinario

D. XXII Febr. A. M DCCXXVI

propugnabit

IO. DANIEL MINUS  
Lubecensis

---

LVBECÆ

Typis Jo, Nicolai Greenii Ampliff. Senat. Typogr.







§. I.

**N**icolaum Selneccerum ærumnosissimam penitus vitam duxisse, ac permultas officiorum sacrorum mutationes subiisse, neminem ignorare credo, qui modo ipsius scripta extremis, ut dicitur, digitis attigerit. *Vittembergæ* primum *Dresdam* accitus ibat, ut aulam verbum Domini doceret, ac studia Principis Saxoniae, *Alexandri*, formaret, juvenesque, Choro Musico addictos, diligenter fingeret, prout in *Dissertatione, de Meritis N. S. in Catechismum D. Martini Lutheri*, p. 4. sqq. & 16 sq. fusius enarravi. Ast muneri huic gemino nuncium eum, interiectis aliquot annis, misisse, atque *Jenam* se recepisse, refert diligentissimus vitae ipsius scriptor, *M. Georgius Schröterus*, in luculenta oratione, quam *Septenario Dissertationum*, memoriam ipsius renovanti, præmissi, p. 21 sq. his verbis usus: Monuerat bono animo pro concione auditores, ut patienter feras & venationes ferrent, quae res fecit, ut dimissione, clementi tamen, Electoris, aula valedicerit. . . . Ex aula migrans in vicinam, quam *Thuringa* habet, *Jenensem* (Academiam) concessit, ut isti pro sua industria & eruditione, quae in ipso erat singularis, suam quoque navaret operam. Quamvis autem in reprehensionem ac odium Senatus aulici optimus Selneccerus incurrerit, animusque Electoris ab illo paulo alienior redditus fuerit, non tamen pristina aut omni penitus gratia fuit privatus. Ejus rei ergo ad Epistolam illam provocare nunc lubet, quam Selneccerus ad *Jo. Schüzium*, Aedis sacrae apud *Freibergenses*, *D. Petri* nomen gerentis, Pastorem, (1) *Virum pietate, eruditione & fide*

(1) Fata Theologi hujus perquam exercitati descripta legi possunt in *D. Andreae Molleri Theatro Freiberg. Chron.* p. 259 sq.



fide praestantem, d. XI. Dec. A. MDLXV. direxit, dignam omnino, qua hic legatur: Nono Decembris iterum vocatus sum ad Senatum aulicum, qui mihi nomine Electoris significavit, sententiam Electoris esse, ut maneam in his regionibus, & quæram ipse ac indicem locum & parochiam certam. Terminum constituerunt Quadragesimam. Hæc tibi ideo scribo & aperio, ut Fratri & Amico, ut consilio me tuo juves. Nemini tuto quid credere possum. Lateo hic & disco, verissimum esse, quod dici solet; si vis tuto fidere, fide Deo, Sollicitus tamen sum propter parvos meos liberos, quos tamen Deus curabit. Nolo me detruâi in functiones: Vocationem vero peto à Deo, quam more suo Elector confirmabit. Nihil splendidi appeto, sed locum desidero, ubi Ecclesiæ Christi inservire possim. D. Brentius calamitatem meam ab aliis audivit, & mihi literas consolationis plenas (2) scripsit. Deus compenset Seni optimo beneficium hoc. Vid. B. Jo. Godofr. Olearii Scrinium Antiquarium p. 144 sq. Verum nec Jenæ meliora fata ipsum expertum fuisse, relatum legimus. Mentionem illorum facit noster in Comment. in Genesiu f. 640. cujus verba in Commentat. de N. S. Doctoratu Theologico p. 12, repetii. Nec ignota eadem fuerunt Tilemanno Heshusio, in Epistol. Marbach. p. 258. ita scribenti: Jenæ amoti sunt ab officio Dominus Stösselius & Selneccerus. Cui adstipulatur Wolfgangus à Kötteriz l. c. p. 259. sequentia adjiciens: Dux Saxoniz, Wilhelmus, Stöselium & Selneccerum ab officio deposuit, & obligavit, ne pedem moverent.

§. 2. At enim vero, quamvis varias molestias, cum Lipsiâ, atque postea in Ducatu Brunovicensi, hæeret, imo quorundam hominum ineptias & stultitias perferre ac devorare coactus fuerit, illam tamen calamitatem, quam ætate senili in se suscepit, omnium maximam dicendam esse, non sine ratione arbitror. Etenim cum de universa re Christiana, & civitate Lipsiensi, tum voce, tum scriptis, præclare mereri, & puriorem doctrinam, Libro Con-

A 2

cor-

(2) Harum meminit ipse Selneccerus P. I. Institut. Religionis Christianæ, prout notavi in adducta Dissertatione pag. 18. Ad illas Jo. pariter Schüzium, ad H. Wellerum scribentem, respexisse, ex Welleri Opp. Latin. P. IV. f. 215. cognosci potest.



cordia comprehensam, ab erroneis opinionibus vindicare studeisset, in odium tandem Procerum Aulae Dresdensis venit, quod tam immane, tamque hostile fuit ac barbarum, ut animum *Christiani*, Electoratum tunc temporis administrantis, in eundem inflammare non fuerint veriti. Quo in negotio *Nicolaus Crellius* primas tenuit, quippe qui omnem movit lapidem, ut nostrum muneribus spoliatum urbe ac tota regione eiceret, ejectumque; universis redderet abominandum. Non ignotum hoc fuit Triumviris illis, seu verbi divini Ministris, qui *Crellio*, ob admissa scelera mortis supplicio destinato, piis admonitionibus ac remediis subvenire meditabantur, quapropter non immerito illum de Selnecceri, aliorumque Doctorum Ecclesiae, ejectione violenta percontabantur: **Was um habt ihr redliche Leute vertrieben? Wer hat denn M. Kraucoogeln, Superint. zu Freyberg, (3) M. Kademann/ Superint. zu Pirna, (4) M. Casparum Starck/ Superint. zu Culenburg, (5) mit schwerer Gesängniß und Glend, desgleichen D. Selneccern/ und viel andere mehr, vertreiben helfen?** Et licet omnem primum culpam à se amovere, & singula, quae proponebantur, amoliri, multo cum labore annisus fuerit, confessus tamen postea est, se peccasse tantum, *errore, bono proposito, non contra conscientiam, aus Blindheit und Unwissenheit, guter Meinung, nicht wider das Gewissen, er habe es gut gemeinet, und wäre übel gerathen.* Vid. *Nicolai Blumii homilia funebris* in exequiis *Nicolai Crellii*, d. 10. Octobr. a. 1601. habita, p. 45. & 44. Qualis autem & quantus hic *Crellius* fuerit, breviter summamque indicat B. D. Hier. Kromayerus, ipsius Selnecceri pronepos, in *Historia Ecclesiastica*, seu *Ecclesia in Politia*, p. 623. Post obitum, scribens, *Augusti Electoris sub gubernatione Christiani I. face & tuba Nicolao Crellio, post aliquot annos capite*

- 
- (3) Fata hujus Praefulis dura valde legi possunt in laudati *Molleri Theatro Freyberg. Chron.* p. 242. sqq. & *D. Sam. Bened. Carpzovii Lance Saturae* p. 866.
- (4) Prolixè de illo commentatus est Dn. M. Jo. Gottlob *Frenckelins* in lectu dignis *Diptychis Offitiensibus*, p. 152 sqq.
- (5) Conferri de eodem, ejusque ultimo sermone, meretur M. *Jeremia Simonis Chronicon Heburgense* p. 614 sqq.



pite truncato, (6) miserrimus in hisce ditionibus erat status, propter Calvinismum, non amplius serpentem, sed plenis velis & remis invehendum, initio facta ab Exorcismi (7) tanquam rei adiaphoræ (quæ tamen in casu confessionis induit rationem rei necessariæ) ut simul effectus baptismi negaretur, abrogatione. Sed fuit nubecula cito transiens, turbis, istis cum Electore præter omnium spem cruda morte sublato, expirantibus. Tunc iterum rediit post nubila Phœbus.

S. 3. Quo vero anno *Selneccerus* de utraque provincia, quæ ipsi tradita, atque per aliquot annorum spatium curæ cordique fuit, decedere coactus fuerit, statim indicabo. Videtur autem *Polycarpus Leiserus*, magnorum meritorum Theologus, in *Epist. Schlüsselb.* p. 308. vel ad annum octogesimum octavum, vel ad initium anni insequentis respicere, cum is d. 21. Febr. a. 1589. sequentia retulerit: *D. Selneccerus adhuc Lipsiæ versatur, sed quantum audio, ad Cathedram sacram non admittitur. Quid vel tandem evenit, sit, Deus novit. Cui addo B. D. Sam. Benedictum Carp-zovium, in Lance Satura p. 948. annum octogesimum octavum pariter nominantem: Bekannt ist; was A. 1588. die einschleichenden Calvinisten auch dieses Orts practiciret, da sie es so weit brachten, daß der tapffre Theologus und Superintendentens alhier, Herr D. Nicolaus Selneccerus, weil er den Wolff anschrte, und die irrige Lehre nicht wolte einreisen lassen, gar seiner Dienste entsetzet, und ihm solche Enturlaubung in der Thomas. Sacristey notificiret wurde.* Ast illum ea tantum retulisse arbitror, quæ ex fama, quam

A 3

fapi-

- (6) De istius supplicii causis B. D. *Egid. Hunnius* in *Epistol. Schlüsselb.* pag. 460. sequentia notavit: *D. Nicolaus Crellius non ob religionem decollatus est, sed aliis de causis politicis, tanquam perturbator pacis publicæ & patriæ hostis, & criminis læsæ Majestatis reus: sententiam pronuntiantibus Consiliariis Casaræ Majestatis, eam ad rem delectis. Add. Andr. Caroli Memorabil. Eccles. T. I. p. 16 & 32.*
- (7) De *Exorcismo*, ejus in Libro Concordiæ nulla facta est mentio, *Selneccerus* in *Epist. Schlüsselb.* p. 356. ita judicat: *Exorcismus in Libro Concordiæ omissus est, non ut improbaretur, sed ne Ceremonialia miscerentur iis, quæ tantum doctrinalia continerent. Et Liber Concordiæ sola doctrinalia comprehendit. Hoc consilium multorum Principum & Theologorum fuit.*



capitule mendacem esse constat, hauserat, hunc vero ad initia  
 dimissionis Selnecceriana tantum mentem suam direxisse, iudico.  
 Anno siquidem octagesimo octavo varia fuerunt consilia agitata,  
 aisdemque insidiae structae, qui Calvinianorum dogmata impu-  
 gnare audebant, illa tamen anno insequente, octogesimo nono, in  
 nervum erumpabant, quae clanculum erant concepta, atque sic  
 odia occlusa in Selneccerum aliosque effundebantur. Eo respi-  
 cit quoque Schröterus supra laudatus pag. 26. *Annus octogesimus*  
*octavus, inquit, annus fatalis erat, annus irae & persecutionis Do-*  
*mini, in eo primum exilia concipiebant fomentum & indies invalesce-*  
*bant, factum tum, proh dolor, ut anno sequenti Selneccerum aula remo-*  
*verit, iis omnibus, quibus ante ipse & familia vixerat, praecisis.* Qua-  
 propter rerum Lipsiensium Scriptores, *Tob. Heidenreichius in*  
*Chron. p. 182. Zach. Schneiderus in Chron. pag. 195. B. Carpzovius in*  
*Hymnod. P. I. p. 1088. Du. Jo. Jac. Vogelius in Calend. Histor. Prae-*  
*sul. Lips. pag. 51 sq. & Annal. Lips. f. 256.* remotionem hanc anno  
 1589, ejusque mense quinto, qui *Majus* vulgo vocatur, contigisse,  
 referunt. Utrumque annum conjungit *Matth. Dresserus in*  
*Chron. Saxoniae f. 704.* cujus verba hic adscribi posse arbitror.  
 Im Herbst Monat (1588) ist ein Befehlich an die Kirchen ge-  
 schlagen, dorinnen verboten wird, daß man im Predigten auf der  
 Cangel die Personen nicht angreifen solte, diejenigen, so unser Lehre  
 scheinen zuwider seyn, die Zythum aber solte man nach Gottes Wort  
 und Augspurgischer Confession wiederlegen, als nun die Prediger  
 eine Erklärung begehrtten, welche Personen gemeinet würden, ist die  
 Antwort geben, die Calvinisten, Zwinglianer, und Glacianer, wel-  
 che doch auch möchten widerlegt werden, wo es die Noth erfordert,  
 doch ohne eigen Haß und Rachgierigkeit. Es erkannte aber D. Ni-  
 colaus Selnecker/ Superintendentens und Professor zu Leipzig, daß  
 er ohne Nachtheil seines Amtes und Verlegung seines Gewissens  
 die Calvinisten nicht könnte ungestraft lassen, und beweisete dieses  
 mit vierzehn Ursachen und Argumenten/ an den Chur- Fürsten  
 geschrieben/ (8) darum ist er zur Rede gesetzt, und da zu Franck-  
 furt

(8) Quatuordecim illis argumentata scripta fuere à Selneccero, mense *Majo* a.  
 1589.



furt ein Büchlein gedruckt ward wider die Sacramentirer / aus den Schriften D. Selneckers gezogen / ist ihm befohlen worden, sich hinfort solches Schreibens zu enthalten / und niemand zu verführen. (9) Ob sich nun wohl D. Selnecker hingegen entschuldigen

1589. hac conspicua epigraphe: Vierzehen Ursachen aus Christlichen Gehorsam und guten Herzen den Churfürst. Sächsischen Rätthen, und E. Ehrenvesten Rath zu Leipzig a. 1589. zu bedencken, übergeben, schlecht und recht, warum treue Lutherische Prediger nicht können noch sollen unterlassen, iziger Zeit mit Namen vor den Zwinglischen und Calvinischen Irthümer, beide die liebe Obrigkeit und arme Unterthanen, treulich und beständiglich zu warnen. Quibus annexæ sunt septem rationes, warum die Lehre und Streitschriften D. Lutheri nicht zu trennen sind. Ad calcem earum hæc leguntur verba: *Script. Lipsiæ mense Maio 1589.* Ea autem, quæ in chartam priimum coniecerat optimus Theologus, Presbyterio Lipsiensis lecta & accepta fuisse, in libello, *Christoph. Pezelio* opposito, disertis verbis affirmavit: Es hat das ganze Ministerium zu Leipzig solche Ursachen nicht allein gelesen, approbiret, und fast ein ieder ihm abgeschrieben, sondern auch ein heftiglich geschlossen, ihrer zween aus ihrem Mittel abzufertigen, und Churf. Durchl. solche Ursachen unterthänigst offeriren, und behendigen zu lassen, welches auch geschehen wäre, wo nicht andere Bedencken fürgefallen, und noch wol ein weil inen zuhalten für rathsam wäre gehalten worden. Solches aber, wenn es gleich wäre fortgegangen, hätte allein eine Christliche Erinnerung seyn sollen, und keine Entgegensehung oder Widerspenftigkeit wider die hohe Obrigkeit. Hæc autem monita ipsius cura ac voluntate nequaquam in lucem publicam fuisse emissa, paulo post ingenue est professus: D. Selnecker kan mit Wahrheit sagen, daß, seit er von Leipzig abgeschieden, er dieselbigen Ursachen niemals weiter gesehen, viel weniger andern mitgetheilet habe, welches doch, wenn er es gethan, ihm nimmermehr reuen solte. So weit aber D. Selnecker erfahren, so sind dieselbigen Ursachen durch andere, an frembde Derter geschicket worden, und also in Druck komen, da doch D. Selnecker noch kein Exemplar gesehen, ausgenommen das ist von Pegel in Druck ist gegeben worden, Gott Lob und Dank. Wiewol das dabei zu erinnern, daß wenn mans gewußt, daß sie hätten sollen gedruckt werden, sie ausführlicher hätten müssen deduciret werden. Allein dazu hätte D. Selnecker des Bremischen Pegels instruction gar nicht bedurfft, wie auch noch nicht.

(9) Forsan illi intelliguntur Verbi Ministri, quos consilio, monitisque instruxit, ut Calvinianorum placita nullatenus admitterent, nec à veritate verbi divini recederent. Huc credo referendum quoque esse *Adolphum Weinhausum*, civem et negotiatorem, de quo *Dresserus l. c. f. 763.* sequentia refert: Ein Bürger *Adolph Weinhaus* genant, war der Calvinischen Lehre anhängig, und verkleinere die Lutherische. Der selbe hatte mit seines Glaubens Genossen heimliche und öffentliche Gemeinschaft und Berathschlagung, obgeachtet, daß er von D. Selnecker darum gestrafft ward.



digen wollen, so ist doch ein ander Befehl erfolgt, darinn ihm zu verstehen geben, wo er nicht dem vorigen Befehlich gehorchen würd, daß er dem Chur-Fürsten, an keinem Orte, er wäre gleich wo er wolle, entfliehen würd. D. Selnecker aber ist vor diesem Befehl aus der Stadt gewichen, und sich gen Magdeburg begeben. Non ingratum autem erit mandatum illud, cujus Drefferus meminit, huic Commentationi inserere, cujus copiam, quod gratus refero, mihi fecit admodum Reverendus Dn. *Vogelius*, diligentissimus Annalium Lipsienfium conditor, hinc verbis conceptum: Von Gottes Gnaden, Christianus/Hertzog zu Sachsen, Churfürst/ Rath und Getreue. Uns gelanget gläublich an, wie sich D. Nicolaus Selnecker unterstehen soll, ungeachtet unsers unlängst publicirten öffentlichen Mandats, und ihm insonderheit gelegten Verboths, aus der ihm angebohrnen Schreibsucht allerley Scartrecken in Druck ausgehen zulassen; Wie Uns denn derselben Schrifften eine / so zu Franckfurt an Mayn gedruckt, darinnen er sich einen Professor zu Leipzig/ der er doch nicht mehr ist/ intituliret, vorgeleget worden. So werden Wir auch berichtet, daß sich gedachter Selnecker auch sonst bey etlichen Pfarrern in unsern Landen, dieselben in fürfallenden Händeln zu verleiten, und zu dergleichen Widersärtigkeit zu bringen, unterfangen soll. Dahero Wir wohl ursache hätten ihm etwas anders sehen zu lassen, und ein solches Einsehen wieder ihm zu gebrauchen, daß er dermaleinst Unser Mißfallen im Wercke und mit der That empfinden soll. Wie aber denn, so wollen Wir ihn noch zu diesen und letzten mahle vor diesem seinem Unfug verwarnen, und ernste Untersagung derowegen thun lassen, und ist demnach unser Begehren, ihr wollet ihm, Selneckern, sein unziemliches Beginnens gänglichen enthalten, oder da er aus seinen vermeinten Gewißen oder sonsten, nicht lassen kan, sich an andern Ort begeben/ und Unsern Kirchen und Schulen, mit seinen Scripturen nicht ferner Unruhe und Gezäncke zuziehen soll. Neben dem, so vermercken Wir auch, daß ihr, die Universität, ihm, indeme, daß er wieder Unser Mandat, welches von Uns nicht allein aufs predigen/ sondern auch das schreiben gemeinet, obangeregte Schrift ausgehen lassen, nachgesehen; sondern auch erstattet, daß man es, wie auch andere derglei-



dergleichen lieberliche Scartrecken für den Kirchen feil haben, ja auch  
 allen Leuten zubringen mögen, da doch sonst etliche mit andern Bü-  
 chern/ so ausserhalb unsere Lande geschrieben und Uns nichts ange-  
 hen, auch ohne eingen Unfern Befehl, bald Verordnung thun könn-  
 en; Als tragen Wir auch vorab ein ungnädigstes und ernstes  
 Mißfallen und befehlen euch hiermit, Ihr wollet über obgedachten  
 Unfern Mandato mit allen Ernst halten, und niemanden/ wer der  
 auch sey/ etwas darwieder vorzunehmen/ es sey mit predigen/  
 lesen oder schreiben/ nachlassen. Euch auch in diesen Sachen  
 sonsten unpartheyisch erzeigen. Solte es aber verbleiben, und Wir  
 würden dessen berichtet, so seynd Wir dessen gänzlich entschlossen,  
 gegen diejenigen mit deren wissen und nachsehen solches geschicht,  
 mit dermassen einsehen zu verfahren, daß sich andere daran stossen  
 und männiglich spühren soll, daß Wir ob Unfern Mandaten und  
 Befehlen steiff zu halten geneigt sind. Wie ihr auch diesen unsern  
 Befehlich gegen Selneccern verrichtet, solches wollet Uns ausführ-  
 lich zuerkennen geben, auch Ihr, die Universität, demselben, so viel  
 an euch belanget/ hinsühro allenthalben gemäß erzeigen. Daran  
 geschicht unser ernster Wille und Meinung, datum Weidenhahn  
 d. 22 Oct. 1589. Christian. Unserm Rath, lieben getreuen, Caesar  
 von Breitenbach zu Segeris, Ober-Hoff-Richter unseres Ober-Hoff-  
 Gerichts, auch Rectorn, Magistern, und Doctoren Unserer Univer-  
 sität zu Leipzig Verum nec ipsum Selneccerum, factorum  
 suorum optime conscium, silentio hic præterire nequeo, hunc in  
 modum in Apologia, contra Pezelium scripta, lit. d. de illis differen-  
 tem: D. Selneccerus ist aller seiner Dienste benommen worden noch  
 vor Pfingsten (ultimo scilicet sermone ad populum habito, Festo  
 Ascensionis Dominicae,) anno 89. und alda zu Leipzig weder in  
 der Kirchen noch Schut einigen Dienst noch Amt in geringsten ge-  
 habt, sondern in seinem eignen Haus, ohne alle Besoldung, Hülfte  
 und Bensteuer, allein von der Schnur, wie ein ander Frembder,  
 gezehret, und privatim gelebet, bis fast hin auff den harten Winter,  
 alda er endlich anderswo der Kirchen Christi zu dienen, mit wissen  
 der hohen Oberkeit, und der sürnemsten alda, sich hinweg begeben,



und deswegen nicht länger verzogen, diemeit gewisser Bericht und  
 Dede erschollen, die ihre geistliche und leibliche Gefahr mit sich ge-  
 tragen, und ins Werck hätten gerichtet werden sollen. Und weil  
 solches ein persecutio personalis gewesen ist, die nicht von der hohen  
 lieben Obrigkeit ihren Ursprung gehabt, sondern von giftigen Ver-  
 leumbdern herkommen ist, so hat ein jedes ehrliebendes Herz leicht-  
 lich zu schliessen, daß D. Selnecker recht und wohl gerhan habe, son-  
 derlich, weil er damals in keinem Amt gesebet, daß er seinen Mie-  
 gönnern eine weil aus den Augen sich gerhan, bis etwan Gott sie  
 befehre, oder seines Zorns Exempel sie sehen lasse, wofür sie doch  
 Gott selbst gnädiglich behüten wolle. Reliqua, quæ Pezelio, blate-  
 ranti, quod clam aufugerit, munia sacra deposuerit, graviter op-  
 posuit, adjungere nolo, cum ex iis, quæ in medium nunc protuli,  
 haud difficulter probari posse existimem, nostrum ex sententia  
 magistratus officium utrumque, apud Lipsiensis administratum,  
 deferere oportuisse. Uberioris illustrationis ergo hic apponam,  
 quæ supra nominatus Vogelius, in Calendario Ephorum Lipsicorum  
 p. 51 sq. de Selneckeri dimissione retulit: A. 1589. d. 16. Maji lies  
 Churfürst Christian der I. durch Hans George von Ponickau dem  
 Rath zu Leipzig hinterbringen, daß D. Nicolaus Selnecker auff  
 sein andermaliges suppliciren der Lectur, des Confistorii, und  
 Superintendentur solte erlaubet seyn, derowegen der Rath bedacht  
 seyn solte, das Pfarr-Ampt wider zu erschen, mit einer solchen Person,  
 die Selneckers munera vertreten könte. D. 17. Maji lies der Rath  
 den Churfürstlichen Befehl durch den Syndicum, Herrn Daniel  
 Leichern/ und Herrn Isaac Ovelmizen (10) in der Thomas Sacri-  
 sey hinterbringen. Diesem / sagte Hr. D. Selnecker, wolte er ge-  
 horsamen. Schrieb hierauff in seine Studierstube mit seiner  
 eignen Hand: Promtus ad exilium, si sic tibi, Christe, videtur,  
 quantumvis morbis canitieque senex. Fundem diem Selnecke-  
 rus. Funebr. P. II. p. 229. diem dimissionis suæ vocat, postquam  
 die 13. Maji ultimam concionem funebrem in exequiis viduæ octo-  
 genariæ Kausleria habuerat, cujus summæ hofsee adjecerat verfi-  
 culos:

10) Minus ergo recte Isaac Ovelmiz vocatur in Epist. Pol. Lyscri Sylloge p. 252/99.



culos: Weil dis mein lezt Reichpredig ist, an diesem Ort auff diese frist, und mir die liebe Obrigkeit mic absetzung meinen Bescheid gegeben hat: So dancke ich HErr Jesu Christ, demüthiglich für alle deine Wohlthat, und die Lehr, die du bishero heilig und hebr erhalten hast in dieser Stadt, da sie noch ihren Fortgang hat. Die Lehr hast du gegeben rein, durch Lutherum den Diener dein. Von dieser Bahn laß weichen nit uns arme Menschen, die dein Fried suchen, und ehren dich, o HErr, den rechten Glauben in uns mehr!

§. 4. Cum itaque officio suo defungi ulterius haud posset, relictis aedibus parochialibus, in propriam domum se recepit, & privatam vitam ducere instituit, ita tamen, ut otio haud indulgeret, aut scordia & incultu torpesceret, sed ut libris edendis emendandisque diligentem operam navaret. Spectant huc sanctissimi *Davidis Carmina sacra*, variis observationibus illustrata, & pari nobili viduarum, consveto Dedicationis ritu, oblata. Ingenue autem fassus est in *Epistola Nuncupatoria*, se isthac ætate ex lectione Psalmorum divini Viri ingentem percepisse consolationem, nihilque magis in votis habere, quam ut svavissimo hoc odorum libro animum valde afflictum exsaturare ac reficere posset. Plura de illo libro, a. 1589 recusato, notavi in *Indiculo scriptorum quorundam à Nic. Selnecero editorum p. 8 sq.* Addi huic merentur *Sermones funebres*, Lipsiæ habiti, quos luci publicæ sacros in otio isto expolivit, atque duabus partibus inclusit. In ipsa autem *Prefatione*, ad Lectorem scripta, statim indicat, quod illos, vacuos dies habens, typis Magdeburgensibus exscribi jusserit. Ich dancke GOTT, daß darzu kommen ist, daß ich alter Sechzigjäh riger Diener JESU Christi in der Welt wenig mehr tügen soll. Ich habe aber diese Predigten Michaelis vergangen a. 1589 auff Bitte vieler frommen Christen, zu drucken gegeben, da ich noch zu Leipzig in meines Weibes und Kinder Behausung privatus gelobet/ und meiner Diensten benommen worden. Deinde vero indicat, se à Scripturæ diviniore libris atque scriptis Lutheri ne latum unguem recessurum, sed ea sanctè diligenterque defensurum esse. Nichts ist herrlichers nach der Schrift denn die Bücher Luceri sind.



find. Und weil das Christliche hoch-löbliche unüberwindliche Concordien-Buch ist Hochgedachten Chur-Fürsten Augusti, und anderer Chur-Fürsten und Stände Bekännniß, auch aufrichtig, redlich und gerade zugehet, und unser Kirchen und Schulen Lehre wiederholet, und wider allerley erkannte und bekannte Irthum und Schwärmeren gerichtet ist, darunter ist der Calvinismus den Vorzug hat, und wie eine greuliche Sündfluth, öffentlich und heimlich, am meisten aber verschlagener, verborgener tückischer Weise den größten Stoß und Schaden thut, so bekenne ich mich samt allen rechtläubigen frommen, beständigen Lehrern, und andern Christen in diesen Landen, freylich darzu, bis an mein letztes Ende in dieser Welt, wie auch zu allen andern Schrifften, so dem Christlichen Concordien-Buche gemäß, und nicht zu wider sind, und bleibe Lutherisch mein Lebenlang/ durch Gottes Gnad. Und sichtet mich hiervon gar nichts an, wie mich noch igt in meinem Elend Freund und Feind ausschreyen/ nach ihrer Art, davon Esaias 28. Capitel prediget: Wir haben die Lügen unsre Zuflucht/ und Heuchelei unsere Schirm gemacht. Denn ihre Bosheit sage und klage ich GOTT, und lasse es seine Allmacht machen. Ipse faciet. Er wirds also machen/ daß ihrer viel Leib und Seel darüber verlieren werden. So wahr als Gott Gott ist. Ich dancke Gott, daß ich von Jugend auff dem Zwinglischen und Calvinischen Greuel allezeit bin feind gewesen/ nicht den Personen/ derer Bekehrung ich allweg gewünschet/ und noch/ sondern dem lästerlichen Giffte und schrecklichen verunehrungen der Worte Christi. Der Herr Jesus bekehre der verführten Herzen/ sonderlich erhalte er die liebe Obrigkeit/ und erhalte uns bey seinem Worte, wie uns der fromme GOTT durch seinen treuen Beißzeug D. Lutherum/ dasselbige zu diesen letzten Zeiten geoffenbaret, und wiederum gegeben hat, und behüte uns für falscher Lehr, und Calvinischen Practiquen, in Kirchen, Schulen und Regimenten! Ach es ist hohe Zeit zu beten/ zu wachen/ und aufzusehen! Christus helffe uns, so ist uns geholfen. Menschliche Hülffe ist kein nütze, Er beschere mir auch, und allen beständigen treuen Lehrern und Christen, ein seliges Ende/



Ende zur fröhlichen Auferstehung, und ewigen Leben, Amen. In ipsa præterea *Epistola Dedicatoria primæ Partis*, Lipsiæ d. 17. Octobr. a. 1589. scripta, vocat se *Nicolaum Selneccerum Doctorem privatum*, atque inter alia hæc protulit verba: Solche Predigten sind ist in meinem einsamen Leben von mir, nicht aus eigenen Kopff, sondern auff vieler Christen Bitte, und Anhalten, übersehen worden, wie sie da zu handten sind, Gott gebe zu seines Allerheiligsten Nahmens Ehre, und zu vieler frommen Herzen Erquickung, Trost und Labfam! *Alteram partem Magdeburgi, a. 1590. mense Julio Epistola* instructam, publici juris fieri passus est. In hac autem auguratus est conjectura minime fallaci, mutationem Ecclesiæ valde noxiam esse expectandam, ceu ex insequentibus, p. 42. obviis, & a. 1584. prolatis in medium, colligi potest. Sie (Binus autem intelligit verbi Præcones, unius mensis spatio ex hac vita evocatos, *Heinricum Höpfnerum, & M. Casparum Albertum,*) sollen dem Herrn Christo anzeigen, wie es hie stehet und gehet, warlich bausällig und elend. Gott erbarme sich unser. Wir werden noch Wunder über Wunder erleben, sonderlich, wenn Änderung in Regimentern wird einfallen. Alst quamvis in hoc otio Selneccerus scriptis suis coetibus piorum inservire voluerit, hominum tamen quorundam invidia & impietate permotus solum vertere, ac Lipsiam dulcissimam cum auditoribus, quos in illa civitate habuit, valde assiduus, (II) sui que amantissimis, deserere fuit coactus. Migrationem autem ejus violentam sæpius laudatus Schröterus p. 27. hisce verbis dedit descriptam: *Neque tum explerat Satan remotione animum, sed necem intentabat viro probo, cano innocenti. Experta pia civitas, quid molirentur impii, non potuit cum larga lachrymarum profusione non monere fidelem patrem & Episcopum, ut curru celeri abiret, consultari quippe à coetu*

B 4

(II) Laudat eosdem in *Carimine, Hildesia* recitato, & *Sermoni, de Epitaphio Selnecceri* habito, annexo, p. 22. ita modulatus:

*Et civis agnosco bonos pietatis amantes.  
Quorum quinque dedit numerosa frequentia coetis  
Millia conveniente sacras reverenter ad aras,  
Solis quando die mihi concio habenda dabatur.*



coetu malignantium, ut jamjam capiatur, & carceri includatur. Ani-  
 madvertit animula, jam esse tempus ira & persecutionis, & collum Sa-  
 tanæ obijcere noluit, sed exemplo Tharsensis & Athanasii periculum  
 fugit. Ante vero quam hæc mutatio à Selneccero instituta fuerit,  
 supra laudatus Leiserus ad Schlüsselburgium de illius calamitate &  
 animo infracto sequentia scripsit, digna, quæ hic ex *Epistol. Schlus-  
 selb. p. 311.* repetantur: Selneccerus nec abire potest, nec tuto illic eom-  
 moratur. Privatam agit vitam, ab omnibus derelictus masculo cum  
 animo præditus.

S. 5. Eodem autem mense illum infecutus est Collega ipsius,  
 M. Petrus Hesso, cujus vitæ cursum B. D. Georgius Weinrichius  
*Funebr. P. I. p. 893. 899.* fuse enarrat. Is enim exulem quoque  
 agere fuit coactus, ceu Weinrichius hisce verbis pag. 596, com-  
 memoravit. Ihm ist a. 1589. am 23. Octobris auff böser Leute  
 falsches Angeben, als hätte er sich der hohen Obrigkeit wiedersezig  
 gemacht, geboten worden, noch beym Sonnenschein, die Stadt und  
 das Land zu räumen, und sich in ein andre Herrschafft zu begeben,  
 welches da ein Griff der Calvinischen Rädleins, Führer war, als  
 denen er ein Dorn in Augen war, wegen seines Christlichen Eysers,  
 und die nun fast allesampt ihren gebührlichen Lohn empfangen haben.  
 Idem pag. 599. refert, quod uxorem gravidam derelinquere ipsum  
 oportuerit: Sonderlich ist ihm das nicht ein geringes Creutz gewe-  
 sen, da er a. 1589. ins Elend wandern müssen, er seine liebe Hauße  
 Mutter mit schwangern Leibe hinter sich gelassen/ wie er denn  
 auch 10. Jahr in frembden Landen hat seyn müssen als einer/ der  
 seiner Kinder ganz und gar beraubt gewesen. Hanc vero narra-  
 rationem ideo adjungere hic volui, ut Bernhardi Fullenii epistolam,  
 ad Jo. Piscatorem directam, eo melius intelligere queant viri do-  
 cti. Ita vero in *Epistolis Gotbanis*, celeberrimi Viri, Ernesti Sa-  
 lom. Cypriani, cura editis, pag. III. hæc complectitur verba: Flac-  
 cianus quidam verbi minister illinc (Lipsiæ puta) etiam nuper in mo-  
 mento quidem, ita ut ne uxori ac liberis valedicere licuerit, discedere  
 coactus fuit. Huic autem Hesso ejecto adjungo ipsius Selnecceri  
 filium, M. Georgium Selneccerum, Ecclesiæ Delitienfis Pastorem, &  
 cir-



circumjacentis Dioeceseos Antistitem, qui a. 1588. ob Zelum, quo in Calvinianos flagravit, in exilium pariter est missus, quo cum patre eandem experiretur sortem. Sed non desuit turba inimicorum agre facere, atque Selneccero afflicto majorem adhuc afferre afflictionem, cum eodem quoque anno Generum ejus, M. *Jacobum Lindnerum*, officio Rectoratus, quod in Schola provinciali, quæ *Porta* dicitur, administravit, indigne privaverit. Equidem in *Justini Pertuchii Chronici Portensis Lib. II. p. 167.* tantum dicitur dimissus, imo paulo post *clementissimè dimissus.* Hoc in officio præfuit adolescentibus ad annum 1588. quo elementer dimissus se *Numburgam*, ubi domum habebat propriam, contulit, & ibidem post *Consulis* partes delatas suscepit. Illam vero dimissionem ex odio, quo Selneccerum prosequerentur aulici, profectam fuisse, ex *concione funebri*, quæ *Lindneri* filia, *Maria Magdalena Lauterbachia* a. 1647. denata, a M. Jo. Zadero in 2. *Tim. 4. 7. 8.* Cizæ habita fuit, haud difficulter potest probari. In ista enim sequentia inveniuntur: *Ihr Vater, Herr M. Jacobus Lindner / (der von den Calvinisten vom Rectorat der Schulen vertrieben / aber von dem wahlfrommen Herrn Administratore der Chur. Sachsen alsbald mit Ehren wieder restituiret worden) hat zur Ehe gehabt Fr. Mariam Magdalenam, Herrn D. Nicolai Selnecceri, Superint. und Professoris zu Leipzig, sonderlich geliebte Tochter / welcher Doctor Selneccerus ebener massen von Calvinisten von Leipzig verjaget u.*

§. 6. Selneccerus autem noster primum *Halam* se recepit, ibidemque, *D. Jo. Olearii*, Ecclesiæ Præsulis omni laude dignissimi, amicitia & benevolentia usus, aliquamdiu subsistit. Meminit istius humanitatis non solum *Schröterus l. c. p. 27.* sed ipse Selneccerus etiam, in *epistola* ad amicum exarata, eandem deprædicat. Ejus quidem titulus atque inscriptio deest, integram tamen hic afferre haud erit dividia, quò singulis innotescat, Virum valde afflictum benignissimo Numini, pios Ecclesiæ veræ Ministros nunquam deserenti, in dubio & aucipiti rerum saarum statu, mente inperterrita adhæsisse. Debeo autem istam humanitati maxime Reverendi Præpositi atque Præsulis *Kembergensis, D. Augusti*



gusti Mülleri, cui eo nomine decentes persolvo gratias, alios viros præstantissimos, quibus *Epistola Selnecceriana* (12) ad manus sunt, verbis exquisitissimis rogans, ut earum haud gravatim me reddant participem, quò *Selnecceri Historiam* pertextere atque ad finem perducere queam. „S. Reverende et Clariss. Dne Doctor, omnino „confido, me tuis precibus commendatum esse. Hæreo jam „Halae apud D. Olearium, & commendo Dno viam meam, qui „numerat gemitus, lacrymas, vestigia, gressus. Libenter quidem „Scholæ vestræ operam meam addixissem, sed cunctatio videtur „esse tergiversatio, Dominus faciet, et nidum mihi et meis prospiciet et dabit. Optime in Christo vale, et pro me exule sene ora: „Halæ Saxonum Calendis ixbris, 89. T.T.T. Selneccerus.

S. 7. Hala deinde relicta, Magdeburgum salutavit, inque illa clarissima civitate cum uxore & liberis versari coepit. Ita vero in exilio suo Magdeburgi se gesit, ut, publicæ rei non minus, quam amicis inuisentibus, bene consulere. Quapropter libellum germanico idiomate evulgavit, in quo doctrinam de *Coena Domini* breviter & perspicue exposuit. Is vero sequentem gerit epigraphen: Von heiligen Abendmahl des Herrn, was es sey, und was darinn ausgerheisset und genommen werde, sampt etlichen surnehmen einreden, und antwort darauff. Wiederholte kurze und letzte Befentniß und Testament D. Nicolai Selnecceri. 1590. *Notopyrgi ad Menium*. Inscriptis eundem Amplissimo Magistratui Reipublicæ Augustanæ, et quidem mense Majo a. 1590. ceu ipse in *Epistola Dedicatoria* indicat. *Christoph. Gundermanno*, qui Selneccero in munere sacro successor datus fuit, hanc confessionem valde displicuisse, *M. Vincentius Schmuckius*, Ecclesiastes Lipsiensis, in *litteris*, ad *M. Joach. Zebne-*

(12) Non paucas Epistolas Selneccerum ad varios Theologos exarasse, credo, quapropter de iisdem Theologus celeberrimus, *D. Polycarpus Lyserus*, Ecclesiæ Præsul venerandus, nuper admodum pie denatus, in *Præfat. Epistolar. B. Proxvi editar. Sylog.* præmissa, de iisdem scribit: *Jacobi Andreae . . . Zacharie Schilteri, Petri Ulmeri, Nicolai Selnecceri . . . Joh. Olearii & aliorum Epistole volumina satis ingentia, uti haud vane conjicio, possent absolere, si omnes & singule cum studio fuissent custodite, & Theologo ad Theologum fideliter transmissæ.*



Zehnerum, Ecclesiae Suhlensis Pastorem, scriptis, testatur, hisce  
 verbis usus: *Proxima, quae Festum Angelorum subsecuta est, Dominica,*  
*in Selneccerum non parum debacchatus est, nominans scriptum illius,*  
*quod nuperrime sub titulo Confessionis de sacrosancta Caena ultima &*  
*quasi Testamenti, Notopyrgi, (quod est Magdeburgensium suburbium, in*  
*quo ille jam versatur) editum emisit. Schartecam, & autorem ipsum*  
**einen Schartecken Schmirer.** Delatum enim ad Selneccerum fuerat,  
 quod ante semestre fere, Dom. Oculi, cavillabatur Gundermannus, asser-  
 tam in Papatu fuisse transubstantiationem panis Eucharistici, jam vero,  
 expulsis ex Ecclesia agro Pontificiorum deliriis, subvenisse & intrasse  
 in ovile Christi septem deteriores Damones, cum doceatur, corpus Christi  
 esse IN pane, id quod etiam cani soleat in Germanica Lutheri cantione:  
**Verborgten in Brod so klein.** Quod cavillum cum egregie & cum  
 parva Gundermanni laude refutat in scripto isto Selneccerus, mirum  
 quantum hominem urit: Ideoque concionem habet nullam, quae non in  
 Sexviratum (sic enim appellare alias Formulae auctores sivevit) irveha-  
 tur. Vid. Antiquo-Nova ad Ann. 1706. p. 18 sq. Praeclaram autem  
 hancce Confessionem, post beatum Selnecceri ex hac vita discessum,  
 iterum decennio post a. 1604. impensis Jo. Franckii produisse,  
 ipsius titulus ita inscriptus unumquemque edocere potest: *Won*  
*heiligen Abendmahl des Herrn, was es sey, und was darinn aus-*  
*getheilet und genommen werde, sampt etlichen fürnehmen Einreden*  
*und Antwort darauff. Wiederholte kurze und letzte Bekentniß und*  
*Testament, neben einen schönen Sermon über den Spruch Joh. 14.*  
*Ich bin der Weg, und die Wahrheit etc. nöthig und nützlich wegen*  
*des Sacraments streits zu lesen. D. Nicolai Selnecceri, weiland*  
*Superint. zu Leipzig und Hildesheim. Aufss neue wider auff-*  
*geleget zu Magdeburg bey Johann Francken, a. 1604. Alteram*  
*partem Sermonum funebrium Magdeburgi mense Julio Prologo exorna-*  
*tam fuisse, supra indicavi. Num plures adhuc libellos in eadem*  
*civitate emisit in lucem, me ignorare fateor. Ast nec amicis,*  
*eum in hoc secessu salutantibus, pio alloquio deesse voluit. Qvos*  
*inter refero laborum arumnarumque socium, supra memorarum*  
*Hessum, de quo ex adducti Weinrichii Funebr. P. I. p. 578 sequentia*  
 excer-



excerpam: Es hat an ihm, so wohl als an dem Herrn Doctore Selneccero, meinem Antecessore seeligen, müssen wahr werden das Prognosticon, das gedachter Herr Selnecker in ihrer beyder *Exilio* zu Magdeburg gestellet, da er zu ihm gesagt: Mein lieber Herr *Gevatter*/ ihr werdet sehen / *GOTT* wird uns noch wunderbarer weise widerum gen *Leipzig* bringen/ und uns da unser *Kuhebetlein* haben lassen / wenn unsere *Feinde* und *Widersacher* / die itzo hoch am *Brete* seyn / und uns unverschuldeter weise verfolgen helfen / entweder das *Land* werden mit dem *Rücken* ansehen/ oder sonst eines *schmählichen Todes* sterben/ und dis ist auch also beyderseits mit der *That* erfüllet worden.

§. 8. *Nostrum autem exilii Magdeburgensis nunquam puduisse, inde adstrui posse judico, eo quod se ipsum Exulem Magdeburgensem vocare haud fuerit veritus. Etenim cum scriptorum quorundam, vel confectorum, vel editorum, a Gregorio Bersmanno, in libello, cui Sirena nomen praefixerat, insimularetur, eidem a. 1591. sequentem opposuit responcionem: Was den Extract belanget aus dem gemeinen Schluß der Löbl. Stadt. Kirchen zu Nürnberg von dem Exorcismo (13), habe ich denselben vor etlichen Jahren wohl gehabt,*

(13) *Equidem illud legitur in libello Notopyrgi ad Menium a. 1591. edito, atque hunc in modum inscripto: Christlicher, nützlicher, und notwendiger Tractat und Bericht von der Kinder Tauffe, wider den Irthum und falsche Lehre der Schwärmer, die fürgeben, Kinder von glaubigen Eltern geböhren seyn heilig auch vor und ohn die Tauff: Item von Trost der Eltern, denen ihre Kindlein vor der Tauffe absterben, und wie sie durch das Gebet, dem Herrn Christo vorgetragen und vertrauet werden. In Lübeck geschrieben durch D. Erasmum Alberum, weiland Superintendenten zu Neuen Brandenburg in Mecklenburg, und alda gedruckt. Item von des Naania Wortten zu St. Pauls Act. 22. Nun was verzuchstu? Stehe auff, und laß dich tauffen, und abwaschen deine Sünde, und ruffe an den Namen des Herrn. Jetzt außs neue in Druck verfertiget, sampt einer Vorrede und Bericht D. Nicolai Selnecceri von Exorcismo bey der heiligen Tauffe. At cum noster veritatis studiosus fuerit, ingenueque affirmaverit, quod Consilium Noribergensis Presbyterii non publicaverit, ab alio, credo, illud fuisse in lucem publicam emissum, praefixo Selnecceri iudicio, de Exorcismo lato, atque*

curr



habt, und andern auch communiciret, da ich noch zu Leipzig, und hernach zu Magdeburg *Exul* gewest, daß ich aber denselben niemahls selbst in Druck gegeben, oder einen sonderbaren Zittul drauff gemacht, da thun mir die obscuri heröes Gewalt/ gleichwie sie auch mit dem Post-Reuter thun/ wenn ichs gethan hätte, so wolte ichs gar gerne bekennen, und wäre mir nicht leid, daß ich es gethan hätte, dieweil es aber nicht geschehen, so ist die Bezüchtigung falsch. Ceterum in ista calamitate patientissime se gessit, cunctaque toleravit, quæ ex Dei voluntate accidebant, atque imponebantur. Hinc animus ipsius constans infractusque satis superque ex carmine illo, quod *Magdeburgi* confecisse fertur, cognosci poterit à singulis, qui illud accurate seculum perpenderint. Excerptis istud diligentissimus *Vitæ Selneccerianæ* enarrator, *Schröterus* l. c. p. 28. ex ore Theologi optimi, atque dignum mihi videtur, quod hic legatur :

*Desertus vivo, privatus & arte remotus,*

*Sed me sustentat gratia sola DEI.*

*Non abitum petii, senium morbusque nec obstat,*

*Causa sed est coena, maxime Christe, tua.*

*Hanc propter moveor, quia dogmata Calva refuto,*

*Christe, mihi nemo, tu nisi, præstat opem.*

*Feci quod rectum est, tibi quod scio, Christe, placere*

*Si me propter ea concutit aula, bene est.*

*Omnia sunt ingrata &c.*

*Unum est quod rogitans: Tu lumina Principis almi*

*Illustria, serva, protege, flecte, fove.*

*Me quoque sic regito, ne pondus inutile terræ*

*Vivam, neve premant oia foeda senem.*

C 2

Huic

cum amicis communicato. In illo enim quædam inveniuntur, quæ ipsius ætate contigerunt, atque hic repetenda sunt: Ich muß hie beyde Christliche Herren loben, Churfürsten Augustum, und Herzog Julium zu Braunschweig, beyde gottseliger Gedächtniß, die mir armen Caplan, nach geschehener Christlichen Erinnerung, ihre Hand drauff gaben, daß sie nimmermehr einige Tauffe wolten auffziehen, und sagt sonderlich Herzog Augustus, wir sollen zu Christo stets eilen und geilen. Herzog Julius aber liesse tauffen, und, an statt der weit-abwesenden gebetenen Patern, dieweil andere fürnehme Leute zu Gerattern stehen.



Huic statim adjungit idem Schröterus testimonium suum, omni exceptione majus, Selneccerum nullam iram in Electorem, cujus nomine & autoritate audacissime quidam abusi erant, temere conjecisse, sed quævis fausta illi fuisse apprecatum. Quo minus autem istud repetam, mihi temperare sane nequeo, quo fides virtusque Selnecceri omnibus manifestissime pateat ac celebretur: Vere & per DEUM testor, quod in privatis colloquiis, quæ mihi cum ipso de rebus Ecclesiæ Misnicis erant, quotidiana communia, Dn. D. diligenter orabat pro Magistratu: Ach G D Z Z bewahre den lieben Chur-Fürsten! Ah quoties bonum Principem hisce meis brachiis gestavi puellum &c. Verum hac occasione repetenda esse censeo, quæ Nicol. Selneccerus in Comment. in Epistol. Paulin. ad I. Cor. 4. f. 582. scripsit, atque ipsius calamitates non minus quam erectum animum designant: Possimus (postquam de piorum ministrorum in maxima parte mundi statu in genere egerat) experientiam etiam nostram, quamvis cum Pauli, Athanasii, Lutheri, & similium experientia non conferendam, adhibere testem Oeō Sōzō. Beatus qui est in numero & consortio eorum, qui talia in mundo experiuntur. Expertus paucæ, nempe odii, persecutiones, calumnias, mendacia, delationes, convitia, insultus, contumelias, indignationes, accusationes & injurias, cum magnatum, tum eruditorum, tum etiam vulgarium, publice & privatim, nec vellem me illa non sustinuisse, & adhuc sustinere, ita ut etiamnum sim paratus ad exilium, quod turba maligna minatur, quantumvis morbis canitieque senex, & emaceratus sum. Si tibi, Christe, placet mea crux, hanc supplice mente suscipio, & mundi spernere disco minas. Piorum ministrorum retaliitio pro injuriis impiorum confisit non in reddendo malo pro malo, etiamsi quis possit vicissim male facere, sed confisit in benedictione, patientia, obsecratione, & supplicatione, ut dicitur: Et missa injurias, dic semper DEO gratias. Quando enim persona odio habetur, & injuriis oneratur, opus est tali patientia & humilitate. Quando autem Christus, & verbum, veritas ac gloria Christi, nostraque fides blasphematur, tacendum non est, nec est facienda contumelia in Christum. Maledicta est patientia, quæ patitur ignominiose CHRISTUM tractari. In cæteris vero patientia opus est ad exemplum Christi, qui inquit: Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me.



§. 9. Quemadmodum autem divinum Numen servum huncce suum vere ingenuum fide & patientia maectavit, ita benevolentiam quoque Principum, aliorumque Virorum nobilium, & multis egregiisque beneficentiae documentis illustrium, ipsi conciliavit, quo, omni stipendio privatus, nullisque opibus instructus, se familiamque suam honeste alere & sustentare posset. Nomina Mæcenatum, multarumque liberalitatis ornamentis conspicuarum fœminarum, consignavit celebravitque *Schröterus* sapius memoratus *l. c. p. 27. sq.* cui adjungo narrationem, quam *D. Simon Gedicus*, fidus olim *Selnecceri* in Academia & Ecclesia Lipsiensi *Achates* & Collega, de *Catharina*, Augustissimi Electoris Brandenburgici, *Joachimi Friderici*, Conjuge vere pia, ac immortalium in verâ pietatis Doctores meritorum laude conspicua, instituit, in *sermone funebri a. 1602. habito, pag. 62.* ita differens: **Sonderlich waren Ihre Chur. Fürstl. Gnaden wie die Tabea voll guter Werck und Almosen gegen Kirchen, und Schul. Diener, so um Gottes Wortes und der Wahrheit willen von Papisten, Jesuiten/ und Calvinisten, hin und wieder ausgejaget und vertrieben waren, denen gab sie Geld und Geldes Werth. Virtualien offte zu ganzen Fudern, wie ich selbst auf eine Zeit von ihret wegen einen grossen Wagen voll Speise den Exulibus Christi zugebracht habe. Sie liebete und ehrete die Befenner Gottes, und hatte ein gnädigst herglichs Mitleiden mit ihnen, und halff, wo sie wuste und konte, wie mir noch wohl wissentlich, da *D. Nicolaus Selneccerus, M. Georgius Lynhenius, M. Petrus Hess,* und andre fürnehme fromme Theologen, bey ihrer Herrschafft in Ungnaden gesetzt, und demnach zu uns Zursuchende Worte brauchten, und mit was heissen bitteren Thränen sie den Schaden Joseph beweineten und beklagten. Nullum itaque mihi est dubium, quin *Selneccerus*, hæc aliaque divina Providentiae documenta perferentiscens, majora indies indiesque fidei fecerit incrementa, Neoque se totum tradiderit.**

§. 10. Hujus ergo divina cura factum est, ut, anno nonagesimo nondum ad finem perducto, Hildesheimensium Ecclesiarum constitueretur Antistes, inque locum *M. Jo. Udenii*, Presbyterii  
 C 3 Hil-



Hildesheimensis Senioris & Vice-Superintendentis, mense Aprilii pie demortui (14) solenni ritu furrogaretur. Admotus autem munere huic, ea diligenter executus est, quæ & officii sanctitas, & conscientiæ ratio, & auditorum salus ab eo requirerent, quo spem de se conceptam minus redderet fallacem. Ejus rei ergo non solum luculentos sermones ad populum habuit, sed prælectiones etiam in Augustanæ Confessionis Articulos habuit, inque iisdem ostendit, se veræ doctrinæ acerrimum esse vindicem atque propugnatorem. Præmisit eisdem *Calendis Decembris Carmen prolixum, vitæ rationes recensens, atque Carmen Davidis septuagesimum*

(14) Is diem supremum obiit d. 4. Aprilis a. 1590. anno ætatis 64 et Ministerii 37. quem M. Nicol. Sigfridus, ad D. Andrea templum Pastor, in *homilia fœnebris*, quæ *Phil. I. v. 21* sqq. explicuit, hoc iactavit elogio: Er hat ganzer 37. Jahr beyde zu Gronaw und hie in Hildesheim Christum geprediget, und durch viel Arbeit fast abgemattet worden, er ist ein getreuer, friedliebender und williger Diener des Göttlichen Worts gewesen, freundlich und diensthaftig gesen ieder man, und habe solches vielmals an ihm gespüret und erfahren, hat sich auch wohl leiden, und der Welt gewöhnlichen Tandack schmecken müssen . . . Wenn ich ihn in seiner Krankheit besucht und gefragt habe, wie es um ihn stehe, hat er meist das geantwortet: Fiat voluntas Domini, des Herrn Wille geschehe, wie Gott will: und sich in seiner Sinnenfarth, nach dem Exempel des H. Pauli, mit Begierde und Verlangen bey Christo zu seyn, recht erzeiget, und diesen Spruch wohl betwogen, und daß es wahr sey, beweiset sein eigen Epitaphium oder Grabschrift, das er zuvor, ehe er sich noch legete, auff diesen Spruch gemacht, und mir auch geweiht hat, in folgenden Versen:

„Martius Udenio mortem feret atque sepulcrum:

„Quod fieri cupio, si tibi, Christe, placet.

„Dissolvi cupio, cupio cum vivere Christo:

„Sic mihi mors brevis hæc vita perennis erit.

„Christus vita mea est, mors est nihil pallida lucrum:

„Hoc lucro afficias me cito, Christe, precor.

„Sat mihi mortalis vitæ, pie Christe, dedisti,

„Sexaginta annos, bisque subinde duos.

„Triginta septem præconis munere fungi:

„Est tua me bonitas passa, benigne DEUS.

„Deinceps sic etiam tua fiat sancta voluntas,

„Qua melius nihil est, utiliusque nihil.

„Nostrium velle in alium est, nostra est perversa voluntas,

„Quam Deus impediis subiciasque tibi.

„His decimo hæc Martis repetivimus atque secundo,

„Quæ, Christe, arbitrio stentque cadantque tuo.



gesimum ac tertium, pia & lectu digna expositione exponens, publice in templi choro recitatum, quodque *Sermoni*, in *Epitaphium Selnecceri*, ante triennium, & quod excurrit, à me habito, annectendum esse censei. In illo hæc inter alia protulit verba, eventu postea minime desinita:

*Septima me Cæto civem assignabit olympo.*

Etenim cum *Lipsia* redderetur, terræ subductus omni exilio laboreque liberabatur felicissime. *Hildesie* quoque nostram de *Vita Lutheri* prolixam habuisse orationem, quæ *Vittembergæ* observationibus *B. Mayeri* referta denuo recusa fuit, in *Commentat. de N. S. pietate M. Luthero declarata*, p. 8. monui.

§. II. Missas ergo faciens peregrinationes, quas *Selneccerus*, Antistitis *Hildesheimensis* officio desungens, in se suscepit, à *Schrötero l. c. p. 29. sq.* fuse descriptas, ultimam tantum adducam profectioem, quam paravit, cum mirum quantum in aula Electoris Saxonie rerum facta esset immutatio, ac totius regiminis Misnici summa *Friderico Wilhelmo*, Duci Saxonie, omni seculorum memoria dignissimo, tradita. Prudenti enim consilio decretum ac sancitum fuit, Doctores, sedibus suis extorres, iterum revocandos atque in consilium adhibendos esse, quo de facienda Ecclesie medela inter se colloquerentur. Quapropter nec *Selnecceri* nostri dememinisse voluerunt Visitatores, publica autoritate constituti, quibus §. 24. apud *Dr. Vogelium* in *Annal. Lips.* f. 270. demandatum erat, ut illum advocari curarent. Weil dan auch D. *Nicolaus Selneccer*, ein alter Theologus, und dieser Land-Kirchen wol bekant und gewohnet, so wird für unbeckem nicht erachtet, daß derselbe nach Leipzig gebracht würd. De voluntate ergo religiosissimi hujus Principis & Administratoris terræ Misnicæ, binis literis, certior redditus *Selneccerus*, in sinu gaudere cepit, quod *Lipsia* suæ, inque illa auditoribus, quos habuit, oculis suis, redderetur. Quapropter, nulla prorsus valetudinis viriumque corporis, cura laboreque fracti, habita ratione, itineri se accinxit, atque ab instituto cursu devocari haud passus est, quo, si ex hac vita ipsi decedendum esset, *Lipsie* iterum datam animam suam pie efflaret, Deoque, à quo acceperat, spiritum redderet. *Lipsiam* autem d. XIX. Maji delatus, vires ita eum deserere ceperunt, ut cum Plalte dicere coactus fuerit: *Tam sum impotens, ut loqui nequeam.* Quapropter in diem quartum, seu *vigesimum quartum Maji*, decumbens, post varia pietatis & constantie documenta edita, finem exilii ac ærumnarum fortitus est exoptatissimum, placideque, adstantibus Theologis præstantissimis, *Georgio Mylio*, *Agidio Hunnio*, & *Martino Miro*, obdormivit. Biduo post corpus examine honorifico sepulturæ ritum tumulo in eccl. Thomana illatum, ac splendide tumba metallo vestita decoratum est, postquam Senatus Academicus publico scripto ipsius virtutes prædicaverat, ac *Georgius Mylius*, orator disertissimus, pio sermone vitam ac fata ejus *Lipsien* sibus ierat commendatum. Post Patris obitum filius quoque ejus, *M. Georgius Selneccerus*, administrato per breve temporis spatium Pastoris *Schlaeken* vvaldensis officio, in pristinam dignitatem, quam *Delitii* habuit, a. 1592. restitutus est, ibidemque dysenteria a. 1599. correptus diem obiit supremum, postquam



Ze 5075

quam a. 1593. laboriosissimi Genitoris *Commentarium Germanicum in Psalterium Davidis* (15) atque a. 1595. ejusdem *Commentarium in omnes D. Pauli Epistolas* luci publicæ exposuerat, ceu in *Dissertatione, de N. S. Commentariis quibusdam in nonnullos Scripturæ sacrae libros p. II. & 21.* commemoravi. Eodem anno Selneccerri quoque gener, *M. Jacobus Lindnerus*, officio Scholastico, quod cum Consulis Numburgensis provincia permutaverat, iterum fuit præfectus, teste *Pertuchio in Chronici Portensis P. II. p. 168.* sequentia tradente: *Walthero denato* (qui in Academia Lipsiensi Ethicam docuerat) *revocatus M. Jacobus Lindner*, ab officio Consulis ad munus Rectoris suslinendum, anno 1592. sede Rectoris aliquot annos vacante. *Hac in statione duravit Jacobus usque ad annum 1601. quo ob virum defectum resignavit sexagenarius & emeritus, constitutus ad vitam 100 fl. quotannis ab oeconomio solvendis. Hunc discipuli Portenses pie 3. Aprilis 1606. Numburgi in Christo obdormientem ad sepulturam exportarunt, magna populi catera funus deducente & M. Jo. Bürgero suo Præceptori bene merito concionem funebrem habente.*

§. 12. Quamvis autem Selneccerus è vivis sublatus fuerit, ipsius tamen memoria Lipsiensibus perquam grata fuit & peraccepta, quapropter filium ejus Patris cognominem, *Nicolaum Selneccerum*, inter verbi Ministros Ecclesiæ Thomanæ retulerunt, quippe qui Lipsiæ a. 1574. natus & a. 1619. denatus est, prout in *Elogiis German. quorund. Theologorum p. 29 sqq.* notavi, & Dn. *M. Sam. Gottlieb Heine*, in *Chronico Rochlicensi p. 190. sq.* retulit, Quem admodum etiam ejus Pro-nepotem, *D. Hieronymum Kromayerum*, publicis muneribus adnotum, atque egregiis scriptis celeberrimum, omni honore prosequendum judicarunt. Ut de scriptis, hymnis, & piis suspiriis, quæ Selneccerum autorem habent, prolixius non agam, quæ quamplurimis innotuerunt, atque in rebus adversis perflugium & solatium præbuerunt, Ceterum *exilium Lipsiense Selnecceri*, quod animo invicto pertulit, unumquemque edocet, veram Ecclesiam in his terris persecutionibus quidem obnoxiam esse, proinde tamen divini Numinis cura nunquam excidere, atque hostium præterea Ecclesiæ conatus vanos subinde reddi atque irritos. *Rogandus igitur est Deus, verba Nic. Blumii sunt, quæ in Epistolar. Lysæ. Sylloge p. 320. inveniuntur, ac mea nunc facio, ut horum hominum callida, occulta & astuta consilia confundat & opprimat. Malum ingens tanquam sagittam illis immittat, ut pœna divina, quam celare non possunt, manifesta fiat. Hæc verissima esse testantur exempla Athanasii, Lutheri, Selnecceri, & multorum aliorum Doctorum Ecclesiæ. Testatur quoque communis experientia. Contra hoc pestilens vitium nullum remedium aliud salutare habemus, quam innocentiam, quæ, Augustino teste, optima est Apologia contra calumnias malevolorum & sycophantarum morsus & bonæ conscientia testimonium, quod veluti clypeum iniquis adversariorum judiciis opponere, contraque humanæ judicis Dei judicium intueri, in proposito honesto recte juxta vocationem suscepto permanere, odia, calumnias & obtrectationes iniquorum excelso animo despicerere debemus, quicquid homines dicant vel sentiant, ne gratia excidamus. Satius namque est, calumnias non modo verborum, sed etiam plagas à mundo immundo perpeti, cum Dei amicitia, quam stationem suam cum Dei immicitia deserere, cum habeamus amplissimas promissiones, ipsum Deum fidelibus suis servis præmia redditurum.*


(15) Illi adjectus est sermo funebris, à *D. Geor. Mylio* habitus, cum *Programmate* Academiæ, Selnecceri memoriæ sacrato.

\* \* \* \* \*

x2373851

M. F.





OK. 272, 29.

35

Z e  
5075

GEORGI HEINRICI GOETZI D.  
Superint, Lubec.

Commentationem  
Historico - Theologicam  
de

NICOLAI  
SELNECCERI  
EXILIO LIPSIENSI

In Colloquio Ordinario

D, XXII Febr, A. M DCCXXVI,

propugnabit

IO. DANIEL MINUS  
Lubecensis

LVBECÆ

Typis Jo. Nicolai Greenii Ampliff. Senat. Typogr.

